



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 11. Illustratus Plauti ex Asinaria locus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

illius avādīa, quām īlīe avādīa. Quid enim eho-  
re potuit quamvis bella Hermathenæ collocati,  
propterea gymnasium videretur Solis anathema?  
potuit ita bellè posita esse, vt principem ibi locum  
tineret, vtque totum gymnasium credi posset ei dic-  
tum ac consecratum esse.

*Illustratus Plauti ex Asinaria locus.*

CAPVT XI.

INCREDIBILE dictu est quām pusilla mens  
quantas tenebras interdum etiam eruditissimi ho-  
minibus obiciant: vt quod multa interdum faci-  
summos viros latuit, id postea indicatum vel per  
primis litteris imbuti assēqui debuisse videantur. Tal-  
est quod nunc ex Plauti Asinaria proferam. quām fa-  
bula cūm amore perditus adolescens lenē persuadere  
conaretur, vt sibi puellam quam amabat concedere:  
se postea pro ea pecuniam persolutūrum: vafra autem  
& artificij sui insigniter perita mulier præsentī pecu-  
nia sibi opus esse diceret, ipia denique ita loquitur:

*Semper oculata nostra sunt manus: credunt quod vide-  
verus est, nibili cotio est.*

In quo illud COTIO quot & qualibus viris nego-  
tium exhibuit? cūm & Erasmus ridicula quedam  
attulisset, & Alciatus in Parergis nihil meliora, &  
postremò is, qui vñus plus opis Plauto attulit, quā  
ceteri ante eum omnes, ab hoc loco nulla se ratione  
explicate potuisset. Restamen est eiusmodi, vt mi-  
rum sit eam non vel à vulgaribus ludimistris iam-  
pridem deprehensam fuisse. Quis enim est qui ne-  
sciat litteram o, & diphthongon au sapissimè apud  
veteres & scribendo & pronunciando inter se permu-  
tari solitas? Nam & aullam & ollam dicebant, &

Paulam

Pallam & Pollam, & ad eundem modum plerique  
dia. Nempe igitur & hoc loco que *cautio* usitate di-  
citur, facta est *cotio*. Hoc enim dicit lena, vetus di-  
ctum esse, nihil esse cautionem sive syngrapham aut  
chirographum: multoque tutius ac cautius agere eos  
qui numeratam pecuniam sibi in manum dari volunt.  
Nam qui cautionem habet, sape litigare cogit: at  
cui soluta pecunia est, ei res omnis in tuto est. Itaque  
& scriptores nostri fragilitatem cautionis dicunt in li.  
Qui ita institutus. D. Ad S C. Trebell. & incertum  
cautionis eventum in l. pupilli. Quod fal. tut. anet.  
gelt. es. dic. & Seneca syngraphas cautionesque vo-  
cat vacua habendi simulacula. Hoc quod ita perspi-  
cum est, eorum tamen quos dixi oculatissimorum  
hominum aciem fugit.

*De vetero proverbio quo usus est Cicero in Catilinam.*

CAPUT XI.

PROVERBII speciem haber, quod scriptum est  
a Cicerone libro secundo Catilinarium: Qui homi-  
nes primum, si stare non possunt, corruant: sed ita, ut  
non modi civitas, sed ne vicini quidem proximi sentiant.  
Quoniam enim quid a quoque fiat, vicinis ferè igno-  
rum esse non solet, quod etiam vulgari leguleiorum  
proverbio circumseruit: idcirco quod sine ullo pro-  
fus tumultu ac strepitu fieret, id ne vicinis quidem  
sentientibus fieri dicebant. E vetere autem comico  
id acceptum esse cognoui ex Platone in Alcibiade pri-  
mo, ubi ita scriptum est: οὐδὲν δέ γε προμένειν, τὸ τοῦ κο-  
μῳδοῦ, εἰδέντες οὐδέποτε αἰσθάνονται αλκιβίδην.  
Et ex Plutarcho in Phocione, ubi de oratore Demade  
ita loquitur: Δημόσια δέ τοις οὐδὲν προμένειν, εἴτε μέν,  
εἴτε δὲ τραῦ, τούτων μητέρας γαπεῖνται, εἰδέντες οὐδέποτε.

Q

tois

Muret  
Lecture  
LIB  
E 3